



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XXVII. Aufhebung der Premonstratenser-Regel für das Domstift Havelberg und Verwandlung der Domherren in Weltgeistliche im Jahr 1506.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

also vnd nicht anders, este genante achim legede nu de leste sunder rechte lyues lehnruen dodeswegen aueginge, Eyn mit sodanen guderen, Tynsen, Huneren vnde wiskenn, also gnannten legedem jm dorpe Borstall van vns ok to lehne gehatt hebben vnde Achim noch lutendages hefft, nomeliken XI stend: schillingh VIII. honre vnd de grote Raderwisch. Item so hebben wy gnannten Jacob wulfken, jn gestalt wu vor, ok vorlegen vnd vorlyen ome ok — de lutke Raderwisch darfuluest vp der veltmarke borstall bolegen, also seliger Reyemar noppow von vns to lehne irmals gehatt hefft, vnde nach sineme auegange vele vnd vorleden wedder an vns gevallen isz, vnd wy vpedachten prawest, prior vnde gantze Capittel vorlygen ohne sodane gudere alle in desfer wyse vnd gestalt, datt he vnde syne rechten lynes lehnruen die van vnns vnd vnser nakamen scalen vnd willen entfangenn, sovakene ett de noth esschende werdt, vnde vns, ok vnser kerkenn, dar van dhoenn, wu billik vnde manlehns recht isz, jn vnde mit crafft desfes vnser breues ane alle geuerde. Desfes to vrkunde hebbenn wy Cristianus prawest, Johannes prior vnde gantze Capittel vorbenomedt vnne Ingefegle wilkenn laten hangenn boneddene an dessem breff. Gegenen tho havelberge jme jare nach Cristi gebordt vesteinhundertstenn vnde vestenn, desz donnredages na margarete der hilligenn Junckfrowenn, jn Jegenwardicheit des gemeltem vnnes gnedigen herenn vann havelberge vnde ok der werdigen vnser leuen medeherrnn Nycolai pofelius, Joachim greuenitzens, wilhelmi van der weyde, hinrici de Eickstede vnde wihmanni gladowes, alle domherenn vnser gnannten kerkenn havelberghe.

Nach dem der Siegel beraubten Original.

Im Jahre 1545 wurden diese Lehne den Gebrüdern Lukas und Jakob den Wulffen auf Herzfelde erneuet, im Jahre 1578 dem Heinrich Wulffe auf Herzfelde. (Nach Orig. Urkunden.) Dann traten die Wulffen diese Lehne mit Bewilligung des Capitels an die Schwarzkoppen zu Schönebeck ab, daher dieselben in den neuern Capitelsacten gewöhnlich die Schwarzkopffischen Lehnstücke genannt werden.

XXVII. Aufhebung der Premonstratenser-Regel für das Domstift Havelberg und Verwandlung der Domherren in Weltgeistliche im Jahr 1506.

Julius episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus Lubicensis et Ratzeburgensis Episcopis Salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia, que super uniuersas orbis ecclesias obtinet diuina institutione primatum, circa statum ecclesiarum omnium presertim Cathedralium earumque profectus uelut pia & prouida mater de filiorum necessitate sollicita uigilanter excogitat et prudenter intendit, ut etiam per ministerium reformationis accomode prout locorum & temporum qualitas exigit et illorum utilitas persuadet ecclesiarum statum ac in eis altissimo famulantium personarum normam interdum congruenter commutet in melius regularem et statum in ipsis nonnunquam extinguendo, prout ad diuini cultus augmentum et clericorum illarum conseruationem et personarum earum decorem & uenustatem id in domino consperat salubriter expedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Johannis Episcopi Havelbergensis et dilectorum filiorum, Nobilis uiri Joachim Marchionis Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Principis Electoris et Archicamerarii, nec non Capituli ecclesie havelbergensis Premonstratensis ordinis petitio continebat, quod licet ecclesia ipsa in eius temporali dominio sita et per ipsius Joachim Marchionis progenitores fundata et dotata dicti ordinis existat, attamen a memoria hominum circa Canonici & persone dicte ecclesie uitam canonicis regularibus conuenientem non duxerunt nec ducunt, sed eam, quam tempore ingressus eorum relaxatam inuenerunt ac distributiones quotidianas, prout in Cathedra-

libus & aliis ecclesiis secularibus moris est, perceperunt et percipiunt ac in usus proprios conuertunt, et Almutia ut Canonici seculares de pano tamen et extra claustrum mantellum blauii coloris detulerunt ac deferunt, et rarissime etiam ipsi Canonici tales persone fuerunt et sunt, ex quarum doctrina et Consiliis prefatus Marchio et progenitores sui in suis & Romani Imperii huiusmodi, et Incole et habitatores Ciuitatis et diocesis hanelbergensis nec non alii subditi ipsius Joachim Marchionis in dubiis negotiis ac necessitatibus et causis eorum eciam spiritualibus pro tempore occurrentibus sibi prouidere potuerint siue possint, ymmo necesse est personas alias, quarum consiliis utantur aliunde et extra dominia sua uocare non sine graui iactura & damno tam ipsius Joachim Marchionis, quam aliorum predictorum, et cum Canonicorum & aliarum personarum huius modi uita regularibus institutis conformis non sit, ex eorum professione regulari et non obseruantia institutionum regularium potius periculum animarum imminet, quam quod salus animarum suarum sperari possit, et cedit in scandalum aliorum, passa etiam est & patitur dicta ecclesia in spiritualibus et temporalibus non parua detrimenta propter negligentiam Canonicorum et religiosorum dicte ecclesie nec etiam uerisimiliter plene indemnitati tam ecclesie quam Marchionis & aliorum predictorum prouideretur, quamuis Canonici et alie persone prout regulares ecclesie huius modi secundum statuta dicti ordinis regularia reformarentur, cum propterea persone litterarum scientia predate, que pro premissis necessarie sunt, in ipsa ecclesia institui non possint, cum raro in partibus illis persone litterarum scientia predate, et etate proeete religionem ingrediantur, vnde etiam Episcopus & Joachim Marchio ac Capitulum prefati considerant felici statui aliter bene prouideri non posse, nisi illius status immutetur et suppresso inibi ordine predicto et illius dependentia regulari ad statum Canonicorum & personarum secularium reducatur, que suppressio, reductio & immutatio si fierent, diuinus cultus inibi susciperet incrementum reciperenturque in eadem persone docte & ydonee, quarum doctrina & consiliis tam Joachim Marchioni etiam in negotiis dicti sacri imperii quam incolis & habitatoribus et aliis predictis in eorum dubiis et necessitatibus ac causis etiam ecclesiasticis & secularibus ac spiritualibus salubriter prouideri posset, scandalaque & confusio ac periculum animarum huiusmodi propterea cessaret, cederetque in honorem omnium dominiorum prefato Joachim Marchioni subjectorum. Quare pro parte Episcopi et Joachim Marchionis & Capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt in ipsa ecclesia Hanelburgensi ordinem predictum et omnem statum omnemque dependentiam regulares supprini & extingui ipsumque statum regularem in statum Canonicorum & presbyterorum ac clericorum secularium immutari et ad statum huiusmodi secularium reduci ac in ea Capitulum seculare nec non suppressis inibi dignitatibus et officiis claustralibus preter Preposituram, que inibi hactenus maior dignitas post Pontificalem fuit & existit, alias dignitates, personatus, administrationes vel officia ac numero sedecim canonicatus et totidem prebendas ita et taliter, quod sedecim antiquiores ex modernis canonicis in ibi existentibus sedecim prebendas huiusmodi pro hac prima uice obtineant, congrua tamen portione ex mensa capitulari uel etiam aliunde aliis, qui prebendas nunc non obtinuerint et inibi manere uoluerint, pro illorum sustentatione reseruata, quodque aliquo uel aliquibus predictorum antiquiorum canonicorum sedecim prebendas huiusmodi obtinentium simul uel successiue cedente uel decedente seu cedentibus uel decedentibus antiquiores ex iunioribus, qui aliquam ex dictis sedecim prebendis nunc non obtinuerint, in prebenda seu prebendis huiusmodi sic uacantibus sine alia noua collatione respectiue & successiue succedant, donec et quousque numerus omnium canonicorum regularium eorundem ad numerum sedecim sedecim Canonicorum redactus fuerit ac interea nulla ex sedecim prebendis huiusmodi uacare censeatur. Et deinde aliquibus ex sedecim canonicatibus et prebendis huiusmodi uacantibus ius patronatus siue presentatio persone ydonee ad quattuor canoni-

catus et totidem prebendas, quos & quas duxeritis nominandos & designandos ad prefatum Joachim et pro tempore existentem Marchionem Brandenburgensem in euentum in quem cesserit commodo hospitalitatis, que sibi ratione foundationis dicte ecclesie per predecessores suos facte competit, ratione cuius mensa capitularis dicte ecclesie magis grauabatur quam ascendant fructus, quattuor canonicatum et prebendarum huiusmodi annuatim Institutio uero ad decanum et capitulum ipsius ecclesie Haelbergensis pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus respectiue pertineant, unionibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum hactenus eidem ecclesie seu illius mense capitulari factis saluis remanentibus, alia quoque beneficia ecclesiastica sub titulis & nominibus secularibus nec non mensam capitularem, fructibus pro mensa ac canonicatibus et prebendis et aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi nec non quotidianis distributionibus pro Canonicis et aliis dignitates ac alia beneficia ecclesiastica inibi obtinentibus et horis canonicis ac aliis diuinis officiis interessentibus taxatis iuxta eiusdem ecclesie facultates et ad instar et similitudinem aliarum ecclesiarum cathedralium secularium uicinarum, creati, erigi & institui; nec non quod ipsi Episcopus et Canonici alieque eiusdem ecclesie persone nunc regulares si uoluerint etiam ex nunc in habitu clericorum secularium incedere et eorum habitum regularem sub veste seu mantillo clericorum secularium deferre necnon quecumque beneficia secularia ecclesiastica cum cura uel sine cura dignitates, personatus administrationes uel officia alias illis canonicis conferenda in commendam uel etiam in titulum obtinere et possidere possint et ab omni iugo religionis, tribus uotis substantialibus emissis duntaxat exceptis, a quibus propterea absolui non intelliguntur, penitus exempti et liberati sint, et si in habitu clericorum secularium incedere uoluerint, sed dicti Canonici et persone transferri maluerint ad alia loca regularia, ubi beniuolos inuenerint receptores, transferri possint statui et ordinari, nec non circa ipsius ecclesie illiusque canonicorum et personarum tam in spiritualibus quam in temporalibus regimen et gubernationem ac uiuendi modum quecumque utilia statuta et ordinationes fieri mandare aliasque in remissis oportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur qui singularem ecclesiarum presertim cathedralium decorem illarumque et personarum in illis diuinis seruientium felicem statum ac scandalis ne eueniant obuiare intentis desideramus affectibus de premissis certam notitiam non habentes ipsisque Johannem Episcopum et Joachim Marchionem et Capitulum nec non Capituli huiusmodi singulares personas a quibusnis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existant, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus per nos ipsos de premissis omnibus et singulis uobis expositis auctoritate nostra uos diligenter informetis et si premissis et aliis qualitatibus et circumstantiis ecclesie Haelbergensis et illius ac personarum predictarum diligenter consideratis ita esse repperitis et ad hoc Johannis episcopi et capituli predictorum expressus accesserit assensus, in ipsa ecclesia haelbergensi ordinem predictum et omnem statum omnemque dependentiam regulares suppressere & extinguere ipsumque statum regularem in statum canonicorum & presbyterorum secularium immutare ac ad statum huiusmodi secularium reducere ac in ea Capitulumulare nec non suppressis inibi dignitatibus et officiis claustralibus preter preposituram, que inibi dignitas post Pontificalem maior remaneat, alias dignitates, personatus, administrationes uel officia ac numero sedecim Canonicatus ac totidem prebendas ita et taliter, quod sedecim antiquiores ex modernis canonicis regularibus inibi existentibus sedecim prebendas huiusmodi pro hac prima uice obtineant, congrua tamen portione ex mensa capitulari uel etiam aliunde aliis, qui prebendas nunc non obtinuerint et inibi remanere poluerint, pro illorum sustentatione reseruata Quodque aliquo uel aliquibus predictorum antiquiorum Canonicorum sedecim prebendas huius-

modi obtinentium simul uel successive cedente uel decedente seu cedentibus uel decedentibus, alii antiquiores ex iunioribus, qui aliquam in dictis sedecim prebendis non obtinuerunt, in prebenda uel prebendis huiusmodi sic uacantibus sine alia noua collatione respectiue & successive succedant donec et quousque numerus omnium Canonicorum regularium eorundem ad numerum sedecim canonicorum redactus fuerit ac interea nulla ex sedecim prebendis huiusmodi uacare censeatur nec interim sub quibusuis gratiis, expectatiuis aut specialibus uel generalibus reservationibus earumque reuadationibus extensionibus et collationum mutationibus ac unionibus, annexionibus, incorporationibus nec non Coadjutoriis non tamen de consensu ac quibusuis aliis litteris a sede apostolica uel delegatis eiusdem etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine ac quauis consideratione etiam Imperatoris et Imperatricis ac Regum et Reginarum aliorumque principum et dominorum temporalium ac Prelatorum etiam sancte Romane ecclesie cardinalium et cum quibusuis antelationum prerogatiuis, decretis, declarationibus ac clausulis etiam derogatoriis derogatoriis aut aliis fortioribus, efficacioribus et insolitis etiam presentibus litteris expresse derogantibus dicto tempore emanatis ac quibusuis personis etiam nostris et pro tempore existentis Romani Pontificis familiaribus continuis commensalibus etiam antiquis et descriptis seu pro tempore describendis hactenus concessis et in posterum donec ad numerum dictorum sedecim canonicorum numerus ipse redactus fuerit concedendis canonicatus & prebende huiusmodi in quibus iuniores canonici nunc regulares succedere habeant aliquo modo comprehendantur uel comprehendendi sed tantum suspense maneant, donec numerus uigore presentium taxandus ad dictum numerum sedecim canonicorum ad presens in dicta ecclesia existentium redactus fuerit ut prefertur. Et deinde aliquibus ex sedecim canonicatibus et prebendis huiusmodi uacantibus ius patronatus siue presentatio persone ydonee ad quatuor Canonicatus et totidem prebendas quos & quas duxeritis ut prefertur nominandos & designandos ad prefatum Joachim et pro tempore existentem Marchionem Brandeburgensem, dummodo commodo hospitalitatis huiusmodi sibi debite cesserit, Institutio nero ad decanum et capitulum ipsius ecclesie haelbergensis pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus respectiue pertineat, unionibus predictis saluis remanentibus, Nec non alia beneficia ecclesiastica sub titulis et nominibus secularibus ac mensam capitularem fructibus pro mensa ac canonicatibus et prebendis et aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi nec non quotidianis distributionibus pro canonicis et alias dignitates et alia beneficia ecclesiastica inibi obtinentibus et horis canonicis et aliis diuinis officiis interessentibus taxatis iuxta eiusdem ecclesie facultates & ad instar et similitudinem aliarum ecclesiarum cathedralium secularium uicinarum creare, erigere & instituere: Nec non quod Episcopus et Canonici alieque eiusdem ecclesie persone nunc regulares, si uoluerint etiam ex nunc in habitu clericorum secularium incedere et eorum habitum regularem sub ueste seu mantello clericorum secularium deferre, nec non quecumque beneficia secularia ecclesiastica cum cura uel sine cura, dignitates, personatus, administrationes uel officia alias illis canonicis conferenda in commendam uel etiam in titulum obtinere uel possidere possint et ualeant et ab omni iugo religionis, Tribus uotis substantialibus emissis duntaxat exceptis, a quibus propterea absolui non intelligantur, penitus exempti et liberati sint et si in habitu clericorum secularium incedere uoluerint sed dicti Canonici et persone transferri maluerint ad alia loca regularia, ubi beniuolos inuenerint receptores, transferri possint statuere et ordinare, Nec non circa ipsius ecclesie illiusque canonicorum et personarum tam in spiritualibus quam in temporalibus regimen et gubernationem ac uiuendi modum, quecumque utilia statuta & ordinationes sacris canonibus non contraria edere et facere auctoritata nostra curetis, nos enim si suppressionem, extinctionem, immutationem, reductionem, creationem, erectionem, institutionem, statuta et ordinationes predicta per uos tenore presentium fieri contigerit ut prefertur, eiusdem ecclesie haelbergensis Capitulo, preposito et Canonicis predictis ac etiam

aliis personis nunc et pro tempore existentibus quod omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus et prerogatiuis, quibus alie ecclesie cathedrales seculares et illarum Capitula et persone etiam in
 constitute de iure uel consuetudine tam ex apostolicis quam Imperialibus indultis
 gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum
 gaudere possint. Quodque etiam omnia privilegia, immunitates, exceptiones prerogatiue, conseruatorie concessiones et indulta quecunque antea dicte ecclesie haelbergensi et illius capitulo ac canonicis et personis etiam in eadem dignitates et officia obtinentibus quomodolibet concessisse eidem ecclesie et illius personis predictis nunc secularibus etiam quoad delationem almutiorum suffragentur in omnibus et per omnia perinde ac si illa ut ecclesie seculari a principio concessa fuissent, dicta auctoritate apostolica tenore presentium ex speciali gratia concedimus pariter et indulgemus dictamque ecclesiam haelbergensem et illius canonicos et personas etiam nunc existentes, qui se habitui clericorum secularium conformare uoluerint, ab omni obedientia, iure et superioritate dicti ordinis et dilecti filii moderni ac pro tempore existentis Abbatis monasterii Premonstratensis et quorumcunque aliorum superiorum mediatorum et immediatorum ordinis eiusdem penitus et omnino eximus et liberamus ac Canonicos et personas predictos duntaxat pro tempore existentes immediate correctioni et superioritati Decani et Capituli dicte ecclesie pro tempore existentium coniunctim subijcimus Ita ut Abbas et alii superiores prefati nullam uisitationem correctionem iuris dictionem aut superioritatem in ecclesiam aut illius personas predictas etiam ratione professionis emisse aut delicti seu rei, de qua agitur, ubicunque committatur, delictum ineatur, contractus aut res ipsa consistat, exercere possint, sed teneantur persone ipse dicte ecclesie haelbergensis etiam professe de se querulantibus coram prefatis decano et Capitulo coniunctim uel sedi predictae aut delegatis eius de iusticia respondere ac eos etiam quoad uotum huiusmodi obedientie non ordini, uel Abbati uel superioribus prefatis, sed duntaxat decano & capitulo dicte ecclesie haelbergensis pro tempore existentibus predictis astrictos esse decernentes processus et sententias quos et quas haberi et promulgari. Nec non quicquid in contrarium etiam quoad omnia premissa contigerit attemptari irritum & inane ac nullius roboris uel momenti existere Et nichilominus si premissa uobis per presentes commissa per uos fieri contigerit ut prefertur per uos uel alium seu alios eisdem Episcopo, Marchioni, Preposito, Capitulo, Canonicis aliisque personis, dicte ecclesie haelbergensis in premissis efficacia defensionis presidio assistentes non permittatis eos aut eorum aliquem super premissis per Abbatem et superiores predictos aut alios quoscunque contra per uos uigore presentium faciendae quomodolibet molestari Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo non obstantibus premissis et felicis recordationis Innocentii III. circa exemptos, que incipit Volentes et Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum, qua inter alia cauetur ne aliquis extra suam Ciuitatem et diocesin nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium euocetur seu ne iudices & conseruatores a sede predicta deputati extra Ciuitatem uel diocesin in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii uel alii uices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, et quibusuis aliis apostolicis constitutionibus nec non haelbergensis ecclesie ac monasterii & ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica uel quauis auctoritate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque et indultis apostolicis Monasterio & ordini predictis sub quibusuis tenoribus concessis, quibus illorum tenores ac si de uerbo ad uerbum pro sufficientes illorum derogatione uideri deberent presentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac uice duntaxat quoad premissa specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque, Aut si Abbati et superioribus prefatis uel quibusuis aliis communiter uel diuisim

ab eadem sit sede indultum quod interdicti, suspendi, excommunicari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo sexto quarto non. Junii Pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Original, woran die Bulle mit der Inschrift Julius papa II. noch hangt.

XXVIII. Vertrag des Capitelß zu Havelberg mit seinen belehnten Schulzen über die zu leistende Lehnwaare, v. J. 1510.

Wy Johannes von gotts gnaden Bishopp to havelbergk Bekennen apenbar vor uns, unse Nakomen und siß vor alßweme, Nachdeme sich etliche Irringe twuschen dem Werdigen und Achtbaren unsen leuen getrewen herrn Praveste, Dekan und Capittel unfer Kerken to Havelberge an einen und gemeinen Schülten unfer Praveste dafulvest ock ander Lehmmenner der Lehnwer halven andern theils entholden, sso hebbe wy mütt beder parthe weten und willen solche Irringe gentzlich nach der transmutation gesehen gründlich entscheyden, Also datt genante Schulden sso ofite und Vaken, alße ein Dekan in Gott verstervet, ere Lehn von synen Nakomen, alße ouerster, und In Nahm des gantzen Capittelß emfangen, und Lehnwer dem Capittel geuen. Dese gelichen, sso ein Dekan in ein Bishop Canonic gekaren worde, solche Lehnwer entrichte wo vorberürt; weret overst dat eyn Dekan afftöge und resignerde, sso schollen die Schulden und andere ere Lehn von dem nachkomenden gekaren Dekan entfangen, overst die Lehnwer to gewende nicht schuldich edder plichtig syn, des Sie uns an beiden parthen stedes und unvorbraken to holden gelaueth und togefecht. Des to orKunde synth deseß Receß twe gelichen Ludes mit unfern jngesegelen vorsegelt vnd gegeben Nach Christi geborh Vefftein hundert Im teinden Jahre am tage natuuitatis Marie virginis.

Aus dem Capitelß-Copial-Buche Bl. 4.

XXIX. Das Domcapitel verleihet dem Christian von Rohr das Angefalle auf ein Lehn im Mecklenburgischen, im Dorfe Rehberg, im J. 1522.

Wir christianus Wultzke prowest, petrus Ruloff Dechandt, Johannes Wasmuth Senior vnd ganntze Capittel der Thumkirchenn Havelberge, Bekennen vor vnns vnfern nachkommenn vnd sonnst offentlich vor aller menniglich, das wir denn Erbarren vnd voltuchtigenn, kersten Rhor zu vielenn gesetzten vnd seinenn rechtenn leibes lehenerben, vmb seiner treuen vnd mannigfaltigenn dinste willenn, die hie vnns vnd der kirchenn havelberge gethann, vnd noch fortann thunn möge, das guth der Sonneckenn mit aller Zubehorunge, So vonn alters darzugehort, vnd zukunfftig gehorenn mag, Im lanndt zu Stargardt, Im dorffe Rehberge gelegenn, vonn vnns zur lehenn Rurende, vnd nhun zur Zeit hanns Sonneckenn In besittinge vnd geburkinge heß, nach sinem Tode Zu einem rechtenn angefalle, gunstlich gelegenn, vnd gegenwertigenn lyhenn in Crafft dieses briues, dat hie sich mit sinem leibes lehenn Erbenn, aldann solchs gudes, mitt aller Zubehorunge, nach seinem gefallen genießenn vnd gebrauchen möge, vor vns vnfer nachkommen vnuerhindert, Idoch ein Iderman an seinem Rechtenn vnscheddlich. zu Vrkunde vnd mherem glauben, Mit vnferm anhangenden Insiegel besiegelt, gegeben zu havelberg nach Christi vnfers hern geburt, Im funffzehn vnd Zweyndzwanzigstem Jar Donnerstags Inn den heiligenn aftern.